



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1494 usque ad annum 1507

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118448**

§. 127. Flandri Cæsarem Belgii Rectorem agnoscere renuentes

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67025](#)

**Sæcul. XVI.** aut errore, aut ex illorum vindicta occi-  
**A.C. 1506.** si sunt, qui hac occasione freti, inimico-  
rum suorum sanguine crudelitatem fa-  
tiabant. Rex comperto suorum tumul-  
tu vehementissime commotus, rem pen-  
tius inquire präcepit, unde duo illi Mo-  
nachi extremo suppicio mulctati, ac com-  
busti sunt, eorumque cineres in aerem  
projecti; ceteri vero, quos gravior culpa-  
reos fecerat, easdem poenas dederunt.

## §. CXXVII.

*Flandri Cæsarem Belgii Redorem  
agnoscere renuentes.*

*Bonacurs. in* **M**aximilianus vix comperto Filii sui  
*Diariis* Archiducis obitu, quantocius in  
*Bizard. hist.* Flandriam contendit, ut Belgii admini-  
*Gen. lib. 18.* strationem susciperet, donec Carolus Ar-  
chidux, nonnisi sex annos natus, ad le-  
gitimam ætatem perveniret. Verum  
Flandri, quibus satis comperta erat Cæ-  
saris indoles, primo se se illi subjicere ter-  
giversabantur, tamque vehementer oblu-  
ctabantur, ne pueri Principis Tutor, ac Bel-  
gii Rector esset, ut Pontifex, qui Cæsa-  
rem in Italiam venire, ac se Gallorum  
motibus adversus Venetos opponere de-  
siderabat, ob Belgici tumultus metu-  
fere omni spe sua excidisset, nisi Genuen-  
sium seditio animum ei reddidisset.

## §. CXXVIII.